

# PROPRIVM MISSARVM DE SANCTIS ECCLESIAE PASSAVIENSIS.

*s. la-  
nnarij*  
*FESTA JANUARII.  
IN FESTO S. SEVE-  
RINI, Abbatis.*

*Psal. 3*  
*ibid.*  
 *S Justi meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur iudicium: & Dei ejus in corde ipsius.*

*Psalm. Noli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem.*

*v. Gloria Patri.*

*ORATIO.*  
*I*ntercessio nos, quæsumus Domine, beati Severini Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum nostrum.

*Et fit Commemoratio Vigiliae Epiphaniæ: non tamen in Cathedraли, & collegiatis Ecclesijs, ubi duæ cantantur Missæ, una de Festo, altera de Vigilia, sine ulla utrorumque Commemoratione.*

*Oratio de Vigilia Epiphaniæ.*  
*Omnipotēs sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti Filij tui mereamur bonis operibus abundare.*

*¶ Pro Commemoratione S. Telephori Papæ & Martyris.*

## ORATIO.

*D*eus, qui nos beati Telephori martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: cõcede propitius, ut cujus natalitia colimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Dominum.

## Lectio libri Sapientiae.

*D*ilectus Deo, & hominibus, cuius memoria in benedictione est. Similem illū fecit in gloria Sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit. Glorificate eum in conspectu regum, & jussit illi corām populo & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius Secundum fecit illum, & elegite ex omni carne. Audivit enim vocem ipsius, & induit illum in nubem, & dedit corām præcepta, & legi vitæ & disciplinæ.

*Graduale. Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide præ-*

*Eccles.  
45.*

*Festa Paſtav. Ecclesiæ in Januario.*

**2**

*Psalm.*  
*21.*

tioso. ¶. Vitam petijt à te, & tribuisti ei longitudinem die- rum in sæculum sæculi. Alle- luja. alleluja. ¶. Justus ut pal- ma florebit, sicut cedrus Li- bani multiplicabitur. Allel.

*Sequentia sancti Evangelij secun- dum Lucam.*

*Luc. 12*

**I**N illo tempore : Dixit Je- sus discipulis suis : Sint lumi- vestri præcincti , & lucernæ ardentæ in manibus vestris. Et vos similes hominibus ex- pectantibus dominum suum, quādo revertatur à nuptiis : ut cùm venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati servi illi, quos cùm vénérerit Dominus , invénerit vigilan- tes. Amen dico vobis, quod præcinget se , & faciet illos discubere, & trāsiens mini- strabit illis. Et si vénérerit in se- cunda vigilia, & si in tertia vi- gilia vénérerit, & ita invénerit: beati sunt servi illi. Hoc au- tem scitote, quoniam si sciret paterfamilias , quâ horâ fur- veniret, vigilaret utique , & non sineret, pérfodi domum suam. Et vos estote parati, quia quâ horâ non putatis~, filius hominis veniet.

*Psalm.*  
*20.*

*Offertorium.* Desiderium a- nimæ ejus tribuisti ei Domi- ne:& voluntate labiorum e- jus non fraudâsti eum, posui-

sti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

*Secreta.*

**S**Acris altaribus , Domine hostias superpositas sanctus Severinus Abbas, quæsumus, in salutem nobis provenire deposcat. Per Dominum.

*Pro Vigilia Epiphaniæ Secreta*

**C**Oncede quæsumus , om- nipotens Deus: ut oculis tuæ Majestatis munus obla- tum, & gratiam nobis piæ de- votionis obtineat , & effe- ctum beatæ perennitatis ac- quirat.

*Pro S. Telephoro Secreta.*

**M**Unera tibi Domine,dica- ta sanctifica : & interce- dēte beato Telephoro mar- tyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus inten- de. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Fidelis servus & prudens , quem constituit Dominus super familiam suam : ut det illis in tempore tritici mensuram..

*Postcommunio.*

**P**rotegat nos Domine,cum tui perceptione Sacramenti beatus Severinus Abbas, pro nobis intercedendo : ut & conversationis ejus expe- riām us insignia, & interces- sione ipsius percipiamus suf- fragia.. Per Dominum no- strum..

*Pro*

Adxvii - 20.599 A

38-D-2023

Pro Vigilia Epiphanie.

Postcommunio.

Per hujus Domine, operationem mysterij, & vitia nostra purgentur, & justa desideria compleantur.

Pro S. Telesphoro.

Postcommunio.

Refecti participatione munieris sacri, quæsumus Domine Deus noster, ut cuius exequimur cultum, intercedente beato Telesphoro martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

IN FESTO S. VALENTINI, Episcopi & Confessoris.

Introitus.

**S**TATUIT ei Dominus testamentum pacis, & Principem fecit eum: ut sit illi Sacerdotij dignitas in æternum.

Psalm. Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus. v. Gloria Patri.

ORATIO.

Propitiare, quæsumus Domine, nobis famulis tuis, per beati Valentini Confessoris tui atque Pontificis merita gloriofa: ut ejus pia intercessione ab omnibus protegamus adversis. Per Dominum.

Et fit Commemoratio de Octava Epiphanie.

ORATIO.

Deus, qui hodierna die Ilinigenitum tuum gentibus stella duce revelasti: concede propitius: ut, qui jam te ex fide cognovimus, usque ad cōtemplandam speciem tuæ celitudinis perducamur. Per eundem Dominum.

Lectio Libri Sapientie.

Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Ideò jure jurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & Testamentum suum confirmavit super caput ejus. Cognovit eum in benedictionibus suis: conservavit illi misericordiam suam: & invenerit gratiam coram oculis Domini. Magnificavit eum in conspectu regum: & dedit illi coronam gloriæ. Statuit illi testamentum sempiternum: & dedit illi Sacerdotium magnum: & beatificavit illum in gloria. Fungi Sacerdotio, & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum in odorem suavitatis.

Graduale. Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis

libid.

placuit Deo. ¶ Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi. Alleluja, alleluja ¶ Tu es Sacerdos in æternum, secundum Ordinem Melchisedech, alleluja. *Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.*

*Psalms 109.*  
*Matt. 25.*  
In illo tempore dixit Jesus Discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregrè proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij verò unum: unicuique secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta accéperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque; similiter & qui duo accéperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum accéperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Post multum verò temporis venit dominus servorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta accéperat, obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talēta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus ejus: Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti

fidelis, supra multa te consti tuam: intra in gaudium Domini tui. Accessit autem, & qui duo talenta accéperat, & ait: Domine, duo talenta tradiſti mihi: ecce alia duo lucratus sum. Ait illi Dominus ejus: Euge serve bone & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te consti tuam: intra in gaudium Domini tui.

*Offertorium.* Invéni David servum meum, Oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum..

*Secreta.*

S Ancti Valentini Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum nostrum..

*Pro Odatava Epiphaniæ.**Secreta.*

Ecclesiæ tuæ, quæsumus Domine, dona propitius intuere: quibus non jam aurum, thus & myrrha proferatur: sed quod eisdem munerebus declaratur, immolatur & sumitur, Jesus Christus filius

*Festa Passav. Ecclesiæ in Januario.*

5

lius tuus Dominus noster..  
Qui tecum.

*Præfatio de Epiphania..*

*Communio.* Fidelis servus  
& prudens, quem constituit  
Dominus super familiam su-  
am: ut det illis in tempore  
triticimensuram..

*Postcommunio.*  
**D**eus fidelium remunera-  
tor animarum, præsta: ut be-  
ati Valentini Confessoris tui  
atque Pontificis, cuius ve-  
nerandam celebramus festi-  
vitatem, precibus indulgen-  
tiam cōsequamur. Per Dom.

*Pro Octava Epiphaniæ.*

*Postcommunio.*

**P**ræsta quæsumus omnipo-  
tens Deus: ut quæ solemnni  
celebramus officio, purifica-  
tæ mentis intelligentia con-  
sequamur. Per Dominum.

*In Cathedrali Ecclesia per  
Octavam Epiphaniæ fit Comme-  
moratio de Octava S. Valentini.*

*IN DIE OCTAVÆ S. VA-  
lentini dicitur Missa sicut in ejus fe-  
stis cum commemoratione S. Felici-  
cis. Festum autem S. Hilarij  
transfertur.*

*¶ Pro comminatione S. Felicis  
Presbyteri & Martyris.*

*ORATIO.*

**C**oncede quæsumus omni-  
potens Deus: ut ad melio-  
rem vitam, Sanctorum tuo-  
rum exempla nos provo-

cent: quatenus quorum so-  
lemnia agimus, etiam actus  
imitemur. Per Dominum.

*Secreta.*

**H**ostias tibi Domine, beati  
Felicitis Martyris tui dicatas  
meritis, benignus assume:  
& ad perpetuum nobis tri-  
bue provenire subsidium..  
Per Dominum nostrum.

*Postcommunio.*

**Q**uæsumus Domine, salu-  
taribus repleti mysteriis: ut  
beati Felicitis martyris tui, cui-  
us solemnia celebramus, o-  
rationibus adjuvemur. Per  
Dominum nostrum.

**IN FESTO S. VIGILII,  
Episcopi & Martyris.**

*31. Ja-  
nuarij.*

*Introitus.*

**S**tatuit ei Dominus testa-  
mentum pacis, & Princi-  
pem fecit eum: ut sit illi  
Sacerdotij dignitas in æter-  
num..

*Eccles.  
45.*

*Psalm. Memento Domine  
David: & omnis mansuetu-  
dinis ejus. v. Gloria Patri.*

*Psalm.  
131.*

*ORATIO.*

**D**eus, qui hunc diem nobis  
beati VIGILII martyris tui at-  
que Pontificis sanguine con-  
secasti: da quæsumus, ut e-  
jus meritis ab omnibus sem-  
per adversis defensi, æternæ  
vitæ præmia consequamur.  
Per Dominum nostrum,

A 3

*Letio*

*Lectio Epistolæ beati Pauli Apo-*  
*stoli ad Corinthios.*

*2. Cor.*  
*3.*

**F**ratres. Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi: Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, quâ exhortamur & ipsi à Deo. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. Sive autem tribulámur, pro vestra exhortatione & salute: sive consolamur, pro vestra consolatione: sive exhortamur, pro vestra exhortatione & salute: quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur: ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes, quoniam sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis: in Christo Iesu Domino nostro.

*Psalms.*  
*88.*

*Psalms.*  
*109.*

*Graduale.* Inveni David servum meum, Oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. ¶ Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Alleluja, alleluja. ¶ Tu es Sacerdos in æter-

num, secundum ordinem, Melchisedech. Alleluja.

*¶ Si hoc Festum venerit post Septuagesimam, omisso Alleluja.* ¶ *Versu sequenti, dicitur Tractus.*

*Desiderium animæ ejus*  
*tribuisti ei, & volūtate labiorum ejus non fraudasti eum.*  
¶ *Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* ¶ *Posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.*

*Evangelium.* Si quis vult venire post me. Ex Missa de communi unius Mart. Pont. quæ incipit. Sacerdotes Dei, &c.

*Offertorium.* Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

*Secreta.*

**H**ostias tibi Domine, beati Vigilij martyris atq; Pontificis dicatas meritis benignus assume: & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum nostrum.

*Communio.* Semel juravi in sancto meo, semen ejus in æternum manebit: & sedes ejus sicut Sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis.

*Ibid.*  
*Postcommunio.*  
**R**efecti participatione munieris sacri, quæsumus Domi-

ne

*Festa Passav. Ecclesiæ in Febr. Martio & Mayo.*

7

ne DEUS noster, ut cuius exequimur cultum, intercedente beato Vigilio martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dominum nostrum.

*1. Febr.*  
**FESTA FEBRUARII.**  
**IN FESTO S. IGNATII,** Episcopi & Martyris.  
Cujus Missa propria habetur prima Februarij, ut supra mense Februario fit Commemoratio S. Brigidæ Virginis.

*Oratio, pro S. Brigida.*

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Brigidæ Virginis tuæ festivitate gaudemus: ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

**A**ccepta tibi sit Domine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctorū: quorum se meritis de tribulacione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**S**Atiasti Domine, familiam tuam muneribus sacris: ejus quæsumus semper interventione nos refove, cuius solemnia celebramus. Per Dominum.

**SANCTÆ SCHOLASTICÆ,** Virginis.  
Missa, Vultum tuum. De Communi Virginum tantum.

*20. Februar.*

**FESTA MARTII.**  
**IN FESTO CUNEGUNDIS.**

*3. Mar.*

*Missa, Dilexisti justiam.*  
*De Communi Virginum tantum.*

**IN FESTO S. GERTRUDIS,** Virginis.

*16. Mart.*

*Missa, Dilexisti justiam.*  
*De Communi Virginum tantum.*  
Si hoc Festum venerit in Quadragesima, de eo tantum fit Commemoratio.

**IN FESTO S. RUPERTI,** Episcopi & Confessoris.

*27. Mart.*

*Missa, Statuit ei Dominus.*  
*De Communi Confessoris Pontificis.*

**FESTA MAII.**  
**IN FESTO SANCTORUM** Apostolorum Philosophi & Jacobi.

*1. Maij.*

*Missa aut supra in Festis SS. I. die Maij, & fit commemoratio S. Walburgæ Virginis, in Missis privatis tantum.*

**ORATIO.**

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Walburgæ Virginis tuæ festivitate gaudemus: ita piæ devotionis erudiamur affectu. Per Dominum nostrum.

*Secreta.*

**A**ccepta tibi sit, Domine, sacratæ plebis oblatio, pro tuo-

tuorum honore Sanctorum: quorum se meritis de tribulatione percepisse cognoscit auxilium. Per Dominum.

## Postcommunio.

**S**Atiâsti Domine familiam tuam muneribus sacris: ejus quæsumus semper interventione nos refove, cuius solenia celebramus. Per Dom.

IN FESTO SANCTORUM Floriani & Sociorum Martyrum..

## Introitus.

**S**ancti tui Domine benedic te: gloriā regni tui dicent, Alleluja, alleluja.

**P**salm. Exaltabo te Deus meus Rex: & benedic animi tuo in sæculum, & in sæculum sæculi. ¶ Gloria Patri.

## ORATIO.

**D**eus, qui nos cōcedis sanctorum Martyrum tuorum Floriani & Sociorum natalitia colore: da nobis in æterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

**P**ro Commemoratione S. Monicae viduæ.

## ORATIO.

**E**xaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Monicæ festivitate gaudemus: ita piæ devotionis eru-

diamur affectu. Per Dominum nostrum.

**E**pist. Benedictus Deus, & Pater Domini nostri. Ex Com-

muni martyrum tempore Paschali.

Alleluja, alleluja. ¶ Sanctui

Domine florebunt sicut liliū, & sicut odor balsami erunt ante te. Alleluia. ¶ Pre-tiosa in conspectu Domini, mors Sanctorum ejus. Allel.

**E**vangelium. Ego sum vitis: vos palmites. Ex Communi Martyrum tempore Paschali.

**O**ffertorium. Lætamini in Domino, & exultate justi: & gloriamini omnes recti corde. Alleluja, alleluja.

## Secreta.

**O**blatis quæsumus Domine, placare muneribus: & intercedentibus sanctis martyribus tuis Floriano & Sociis, à cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum..

## Pro S. Monica Secreta.

**A**ccepta tibi sit Domine, sacratæ plebis oblatio, protuorum honore Sanctorum: quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per Dominum nostrum..

**C**ommunio. Gaudete justi in Domino, alleluja: rectos decet collaudatio, alleluja.

Post-

4.  
Maij.

Psalm.  
144.

ibid.

psalm.

115.

psalm.

13.

psalm.

32.

Postcommunio.

**P**RÆSTA nobis, quæsumus Domine, intercedentibus sanctis martyribus tuis Floriano & Sociis: ut quod ore contingimus, purâ mente capiamus. Per Dominum.

*Pro S. Monica, Postcommunio.*

**S**ATIAsti Domine familiam tuam muneribus sacris: e-  
ius quæsumus semper inter-  
ventione nos refove: cuius  
solemnia celebramus. Per  
Dominum nostrum.

**IN FESTO S. GOTTHARDI, Episc. & Conf.**

*Introitus.*

**A**cerdotes tui Domine induant justitiam: & Sancti tui exultent: propter David ser-  
vum tuum, non avertas faciem Christi tui, Alleluja, allel.

*Psalm. Memento Domine David: & omnis mansuetudinis ejus. ¶ Gloria Patri.*

*ORATIO.*

**E**XAUDI quæsumus Domine, preces nostras, quas in beati GOTTHARDI Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deferimus: & qui tibi dignè meruit famulari, ejus intercedentibus meritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum nostrum.

*Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebreos.*

*Hebr.  
13.*

**F**RATRES. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum DEI: quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem. JESUS Christus heri & hodie: ipse & in sæcula. Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratiâ stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Habeamus altare: de quo edere non habent potestatem, qui Tabernaculo deserviunt. Quorum enim animalium infertur sanguis, pro peccato in sancta, per Pontificem, horum corpora crematur extra castra. Propter quod & JESUS, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium ejus portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper DEO, id est, frumentum labiorum confitentium nomini ejus. Beneficiæ autem & communionis nolite oblivisci: talibus enim hostiis promeretur Deus. Obedite præpositis vestris, &

subjacete eis. Ipsi enim per-vigilant, quasi rationem pro-animabus vestris reddituri.

*Psalms.  
109.*  
Alleluja, alleluja. v. Jura-vit Dominus, & non pœnitent-bit eum: tu es Sacerdos in æ-ternum secundum ordinem Melchisedech. Alleluja. v. Amavit eum Dominus, & or-navit eum: Stolam gloriæ in-duit eum. Alleluja.

*Ecclesi.  
45.*  
Sequentia sancti Evangelij secun-dum Matthæum..

*Matt.  
24.*  
IN illo tempore dixit Jesus Discipulis suis: Vigilate, quia nescitis quâ horâ Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, quâ horâ fur-venturus esset: vigilaret uti-que, & non sineret perfodi domum suam. Ideò & vos e-stote parati: quia nescitis quâ horâ Filius hominis ventu-rus sit. Quis putas, est fide-lis servus & prudens, quem constituit Dominus super fa-miliam suam, ut det illis ci-bum in tempore? Beatus ille servus, quem cùm venerit Dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vo-bis, quoniam super omnia bona sua constituet eum..

*Psalms.  
88.*  
Offertorium. Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabi-tur cornu ejus.

*Secreta.*

S Ancti Gotthardi Confesso-ris tui atque Pontificis, quæ sumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona cō-ciliet. Per Dominum nostrum.

*Matt.  
24.*  
Communio. Beatus servus, quem cum vénérerit Dominus, invenerit vigilantem: Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum..

*Postcommunio.*  
DEus fidelium remunera-tor animarum, præsta, ut beati Gotthardi Confessoris tui atque Pontificis, cuius vene-randam celebramus festivi-tatem, precibus indulgenti-am consequamur. Per Domi-num nostrum.

*FESTA JUNII.*  
IN FESTO S. PAULI  
NI, Episc. & Confess.  
*22. Junij.  
nig.*  
Missa ut supra in festis Ss. 22. Junij,  
Est fit commemorationis sanctorum Achatij & sociorum martyrum.  
¶ Pro Commemoratione Ss. Achatij & sociorum martyrum.

*ORATIO.*  
DEus, qui nos cōcedis sanctorum martyrum tuorum Achatij & sociorum natalitia colere: da nobis in æterna bea-

beatitudine de eorum socie-  
tate gaudere. Per Dominū.

*Secreta.*

MUnera tibi Domine, no-  
stræ devotionis offerimus:  
quæ & pro tuorum tibi grata  
sint honore justorum, & no-  
bis salutaria, te miserante,  
reddantur. Per Dominum.

*Postcommunio.*

PRAESTA nobis, quæsumus  
Domine, intercedētibus san-  
ctis martyribus tuis Achatio  
& sociis: ut quod ore contin-  
gimus, purâ mente capia-  
mus. Per Dominum.

### FESTA JULII.

IN FESTO S. VDAL-  
RICI, Episcopi & Confess.

*Introitus.*

*Psalm.* 131.  
 Acerdotes tui Do-  
mine induant justi-  
tiam: & Sancti tui ex-  
ultent: propter David ser-  
vum tuum, non avertas fa-  
ciem Christi tui.

*Ibid.* Psalm. Memento Domine  
David: & omnis mansuetu-  
dinis ejus. v. Gloria Patri.

*ORATIO.*

Exaudi quæsumus Domi-  
ne, preces nostras, quas in  
beati UDALRICI Confessoris  
tui atque Pontificis solemnite-  
tate deferimus: & qui tibi  
dignè meruit famulari, ejus  
intercedentibus meritis ab

omnibus nos absolve pecca-  
tis. Per Dominum nostrum.  
Pro Commemoratione SS. Apo-  
stolorum Petri & Pauli.

### ORATIO.

DEUS, qui hodiernam diem  
Apostolorum tuorum Petri  
& Pauli martyrio consecra-  
sti: da Ecclesiæ tuæ, eorum in  
omnibus sequi præceptum,,  
per quos religionis sumpfit  
exordium.. Per Dominum  
nostrum.

*Lectio Epistolæ beati Pauli Apo-  
stoli ad Hebræos.*

Fratres. Plures facti sunt sa-  
cerdotes secundum legem,  
idcirco quòd morte prohi-  
berentur permanere. JESUS  
autem, eò quòd maneat in æ-  
ternum, sempiternum habet  
sacerdotium. Unde & salva-  
re in perpetuum potest ac-  
cedentes per semetipsum ad  
DEUM: semper vivens ad in-  
terpellandum pro nobis. Ta-  
lis enim decebat, ut nobis es-  
set pontifex, sanctus, inno-  
cens, impollutus, segregatus  
à peccatoribus, & excelsior  
cœlis factus. Qui non habet  
necessitatem quotidie; quē-  
admodum sacerdotes, priùs  
pro suis delictis hostias offer-  
re, deinde pro populi. Hoc  
enim fecit semel, seipsum of-  
ferendo, JESUS Christus Do-  
minus noster..

*Hebr.  
7.*

Psalm.  
131.

*Graduale.* Sacerdotes ejus induam salutari : & sancti ejus exultatione exultabunt. v. Illic producam cornu David: paravilucernā Christo meo. Alleluja, alleluja. v. Juravit Dominus, & non pœnititbit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Alleluja. v. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. Alleluja.

*Evangelium.* Sint lumbi vestri præcincti. *Ex Communi Confess. non Pontif.*

*Offertorium.* Veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

*Secreta.*

**S**ancti Udalrici Confessoris tui atq; Pontificis, quæsumus Domine, annua solemnitas pietati tuæ nos reddat acceptos: ut per hæc piæ placationis officia, & illum beata retributio comitetur, & nobis gratiæ tuæ dona conciliet. Per Dominum nostrum.

*Pro Ss. Apostolis Petro & Paulo.*

*Secreta.*

**H**ostias Domine, quas nomini tuo sacrandas offerimus, Apostolica prosequatur oratio: per quam nos expiari tribuas & defendi. Per Dominum nostrum.

*Prefatio de Apostolis.*

*Communio.* Beatus servus, quem cum vénérerit Dominus, invénerit vigilantem: Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum..

*Postcommunio.*

**D**eus fidelium remunerator animarum, præsta, ut beati Udalrici Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebramus festivitatem, precibus indulgentiam consequamur. Per Dominum nostrum.

*Pro Ss. Apostolis Petro & Paulo.*

*Postcommunio.*

**Q**uos cœlesti Domine, alimento satiasti: Apostolicis intercessionibus ab omni adversitate custodi. Per Dom. IN FESTO S. MARGARETÆ Virginis & Martyris.

*Missa.* Me expectaverunt. De Communi Virginum & martyrum, & fit Commemoratio Sanctorum Naboris & Felicis martyrum.

*ORATIO.*

**P**raesta quæsumus Domine, ut sicut nos sanctorum martyrum tuorum Naboris & Felicis natalitia celebranda nō deserunt: ita jugiter suffragijs comitentur. Per Dom.

*¶ Pro Commemoratione sancti Joannis Gualberti, Abbatis.*

*ORATIO.*

**I**ntercessio nos, quæsumus

Do-

Mat. 24.

Domine, beati Joannis Gualberti Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum.

*Pro Ss. Nabore & Felice.*  
*Secreta.*

Munera plebis tuæ, quæsumus Domine, sanctorum martyrum Naboris & Felicis fiant grata suffragijs: & quorum triumphis tuo nomini offeruntur, ipsorum digna perficiantur & meritis. Per.

*Pro S. Joanne Gualberto,*  
*Abbate.*

*Secreta.*

Præsta nobis, quæsumus omnipotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, & protuorum tibi grata sit honore Sanctorum, & nos corpore pariter & mente purificet. Per Dominum nostrum.

*Pro SS. Nabore & Felice.*  
*Postcommunio.*

Natalitiis Sanctorum tuorum, quæsumus Domine, ut Sacramentum nre vegetati, bonis, quibus per tuam gratiam nunc fovemur, perfruamur æternis. Per Dom.

*Pro S. Joanne Gualberto,*  
*Abbate.*

*Postcommunio.*

Protegat nos Domine, cum tui perceptione Sacramenti, beatus Joannes Gualbertus

Abbas, pro nobis intercedendo: ut & conversationis ejus experiamur insignia, & intercessionis percipiamus suffragia. Per Dominum.

**IN FESTO S. HENRI**<sup>ci, 13. Jul.</sup>  
Imperatoris & Confessoris.

*Missa.* Os justi meditabitur sapientiam. Ex Communi Confessoris non Pontif. Festum verò sancti Anacleti transfertur.

**FESTA AUGUSTI.**

**IN FESTO INVENTIONIS S. Stephani, Pro-**<sup>3. Au-  
gusti.</sup>  
tomartyris.

Ad Missam omnia dicuntur de Natali ejus, ubi dicitur in oratione Natalitia celebramus, dicitur, Inventio nem celebramus.

*Præfatio Communis.*

**IN TRANSLATIONE S.**<sup>4. Au-</sup>  
Valentini, Missa dicitur, ut in ejus-  
dem Festo 7 Januarij, horum Festorum propriorum Passaviensium.

*Præfatio Communis.*

**IN DEDICATIONE EC-**<sup>5. Au-</sup>  
clesiæ Passaviensis, Missa ut in  
Communi de Anniversario  
Dedicationis Ecclesiæ.

¶ Tria hæc prædicta Festa, Inventionis, Translationis, & Dedicationis celebrantur in Cathedrali Ecclesia cum Octavis: quarum in Festis occurribus, & translatis tantum fit Commemoratio: in die-

bus verò Octavis eorum dicitur Missa, ut in ipsis festis, præter Octavam Inventionis S. Stephani, cuius fit tantum Commemoratio in Feste S. Laurentij, sine commemoratione Dedicationis.

*7. Au-  
gusti.*  
**IN DEDICATIONE  
S. MARIÆ ad Nives.**

*Missa.* Salve sancta parens. Ut in Missis votivis beatæ Mariæ Virginis, à Pentecoste usq; ad Adventum, & fit Commemoratio sanctæ Afræ Martyris.

**O R A T I O .**

Deus, qui inter cætera potentia tuæ miracula, etiam in sexu fragili victoriam martyrij contulisti: concede propitius, ut qui beatæ AFRAE martyris tuæ natalitia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum. Deinde S. Donati, Episc. & Martyr.

**O R A T I O .**

Deus tuorum gloria sacerdotum: præsta quæsumus, ut sancti martyris tui & Episcopi DONATI, cuius festa gerimus, sentiamus auxilium. Per Dominum nostrum.

*Pro S. Afra.*

*Secreta.*

Suscipe Domine munera, quæ in beatæ AFRAE martyris tuæ solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per.

*Pro S. Donato.*

*Secreta.*

Præsta quæsumus Domine: ut sancti martyris tui & Episcopi DONATI intercessione quem ad laudem nominis tui dicatis muneribus honoramus, piæ nobis fructus devotionis accrescat. Per Dom.

*Pro S. Afra.*

*Postcommunio.*

Auxilientur nobis Domine, sumpta mysteria: & intercedente beata AFRA martyre tua: sempiterna faciant protectione gaudere. Per Dom.

*Pro S. Donato.*

*Postcommunio.*

Omnipotens & misericors Deus, qui nos Sacramentorum tuorum, & particeps efficis & ministros: Præsta quæsumus, ut intercedente beato DONATO martyre tuo atq; Pontifice, ejusdem proficiamus & fidei consortio, & digne servitio. Per Dominum nostrum.

**FESTA SEPTEMBRIS.**

**INFESTO S. ANGE-**

**LI CUSTODIS.**

*Introitus.*

*Psalms 102.*  
Enedicite Domini omnes Angeli ejus: potentes virtute, qui facitis verbum ejus, ad audiendam vocem sermonum ejus.

*Psalms.*

Ibid.

*Psalm.* Benedic anima mea  
Domino: & omnia, quæ intra  
me sunt, nomini sancto ejus.  
℣. Gloria Patri.

## ORATIO.

DEUS, qui ineffabili provi-  
dentia sanctos Angelos tuos  
ad nostram custodiam mitte-  
re dignaris: largire supplici-  
bus tuis, & eorum semper  
protectione defendi, & æter-  
nâ societate gaudere. Per  
Dominum nostrum.

Letio libri Exodi.

Exod.  
23.

HÆC dicit Dominus Deus:  
Ecce ego mittam Angelum  
meum, qui præcedat te, &  
custodiat in via, & introdu-  
cat in locum, quem paravi.  
Observa eum, & audi vocem  
ejus, nec contemnendum pu-  
tes: quia non dimittet cum  
peccaveris, & est nomen me-  
um in illo. Quod si audieris  
vocem ejus, & feceris omnia  
quæ loquor, inimicus ero ini-  
micis tuis, & affligam affigen-  
tes te: præcedetque te An-  
gelus meus.

Psalms.  
90.

Graduale. Angelis suis DEUS.  
mandavit de te, ut custodiant  
te in omnibus viis tuis. ℣. In  
manibus portabunt te, ne un-  
quam offendas ad lapidem  
pedem tuum, Alleluja, alle-  
luja. ℣. Benedicite Domino  
omnes virtutes ejus: ministri

ejus, qui facitis voluntatem  
ejus. Alleluja.

Post Septuagesimam, omiso Al-  
leluja, & Versu sequenti dicitur  
Tractus. Benedicite Dominū  
omnes Angeli ejus: poten-  
tes virtute, qui facitis verbū  
ejus. ℣. Benedicite Domino  
omnes virtutes ejus: ministri  
ejus, qui facitis voluntatem  
ejus. ℣. Benedicite Domino  
omnia opera ejus: in omnilo-  
co dominationis ejus, bene-  
dic anima mea Domino.

Tempore Paschali omittitur Gra-  
duale, & ejus loco dicitur, Alle-  
luja, alleluja. ℣. In conspectu  
Angelorū psallam tibi: ado-  
rabo ad templum sanctum tu-  
um, & confitebor nomini tuo.  
Alleluja. ℣. Angelus Domini  
descendit de cœlo, & acce-  
dens revolvit lapidem, & se-  
debat super eum. Alleluja.  
Sequentia sancti Evangelij secun-  
dum Matthæum.

IN illo tempore: Accesser-  
runt discipuli ad JESUM, di-  
cetes: Quis, putas, major est  
in regno cœlorum? Et advo-  
cans Jesum parvulum, statuit  
eum in medio eorum, & dixit:  
Amen dico vobis, nisi con-  
versi fueritis, & efficiamini  
sicut parvuli, non intrabitis  
in regnum cœlorum. Qui-  
cumque ergo humiliaverit se  
sicut

Ibid.

Pj. 137.

Matt.  
28.Matt.  
28.

sicut parvulus iste, hic major est in regno cœlorum. Et qui suscepit unum parvulum tales in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim ut veniant scanda-  
la: verum tamen vñ homi-  
ni illi, per quem scandalum  
venit. Si autem manus tua,  
vel pes tuus scandalizat te,  
abscide eum, & projice ab-  
ste: bonum tibi est ad vitam in-  
gredi debilem, vel claudum,  
quam duas manus, vel duos  
pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus  
tuus scandalizat te, erue e-  
um, & projice abs te: bonum  
tibi est cum uno oculo in vi-  
tam intrare; quam duos ocu-  
los habentem mitti in gehen-  
nam ignis. Videte ne cōtem-  
natis unum ex his pusillis: di-  
co enim vobis, quia Angeli  
eorum in cœlis semper vi-  
dent faciem Patris mei, qui in  
cœlis est. Credo.

*Offertorium.* Benedicite Do-  
minum omnes Angeli ejus:  
ministri ejus, qui facitis ver-  
bum ejus, ad audiendum vo-  
cem sermonum ejus.

Psalms.  
102.

*Secreta.*

Suscipe Domine munera,  
quæ pro sanctorum Angelorum  
tuorum veneratione deférimus: & concéde propiti-  
us: ut perpétuis eorum præ-  
sidiis, a præsentibus periculis  
liberemur, & ad vitam per-  
veniamus æternam. Per Do-

*Communio.* Benedicite om-  
nes Angeli Domini Domini-  
num: hymnum dicite, & su-  
perexaltate eum in sæcula.

*Postcommunio.*

Sumpsimus Domine divina  
mysteria, sanctorum Angelorum  
tuorum festivitate læ-  
tantes: quæsumus; ut eorum  
protectione ab hostium jugi-  
ter liberemur insidiis, & con-  
tra omnia adversa munia-  
mur. Per Dominum nostrum.

*INFRA OCTAVAM S. AN-  
GELI CUSTODIS,* & in ejus die Octava  
fitidem Officium, quod in die Festo,  
& infra Octavam dicitur secunda  
Oratio de B. Virgine, Concede.

*Tertia Ecclesiæ, vel pro*

*Papa.*

*IN NATIVITATE B. MARIÆ Virginis,* (cujus Missa ha-  
betur supra in festis Mensis Septem-  
bris die 8.) in Missis privatis fit  
commemoratio S. ADRIANI mar-  
tyris, & CORBINIANI Epi-  
scopi & Confessoris.

*Pro commemoratione S. Corbiniani.*

*ORA-*

ORATIO.

**D**Aquæsumus omnipotens Deus: ut beati Corbiniani Confessoris tui atque Pontificis, veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat, & salutem. Per Dominum.

Secreta.

**S**ancti tui, quæsumus Domine, nos ubique lætificant: ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus: ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Corbiniano Confessore tuo atq; Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

**IN OCTAVIA S. ANGELI**  
Custodis, Missa ut in die, cum commemoratione Octavæ Nativitatis

**B. MARIAE, & S. Gorgonij Martyris.**

**S. WENCESLAI** Martyris.  
Missa, In virtute tua. De communi unius Mart. non Pontif.

**FESTA OCTOBRIS.**

**IN FESTO S. MAXIMILIANI** Episcopi & Martyris.

Missa, Sacerdotes Dei. De Communi unius Mart. Pontif.

**Evangelium.** Si quis venit ad me. Ex Missa precedenti in eodem Communi.

**IN CATHEDRALI ECCLESIA** celebratur hoc Festum cum Octava: infra quam in Missa post primam Orationem diei, dicitur secunda Oratio de sancta MARIA, Concede nos. Tertia cōtra Persecutores Ecclesiæ; habentur post Dominicam in Albis.

**IN FESTO S. COLOMANNI, Martyris.**

Introitus.

**I**n virtute tua Domine lætabitur justus, & super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

**Psalm.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. **V.** Gloria Patri. In virtute tua.

ORATIO.

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus: ut qui beati Colomanni martyris tui natalitia colimus: intercessione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum.

**Lætio Epistolæ beati Petri Apostoli.**

**C**harissimi, Comunicantes Christi passionibus gaudete: ut & in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobrámini in nomine Christi, beat eritis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis DEI, & qui est ejus spiri-

spiritus, super vos requiescit. Nemo autem vestrū patiatur ut homicidia, aut alienorum appetitor. Si autem ut Christianus: non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine. Quoniam tempus est, ut incipiat judicium à domo Dei. Si autem primū à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Evangelio? Et, si iustus vix salvabitur: impius & peccator ubi parebunt? Itaque & hi, qui patiuntur secundūm voluntatem Dei: fideliter creatori commendent animas suas in benefactis.

*Pf. III.* *Graduale.* Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis. *¶* Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. Alleluja, alleluja. *¶* Posuisti Domine super caput ejus coronam de lapide pretioso. Alleluja.

*Sequentia sancti Evangelij secundūm Matthæum.*

*Matt.* *16.* IN illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, invéniet eam. Quid enim pro-

dest homini, si universum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis, & tunc credit unicuique secundūm opera ejus.

*Offertorium.* Gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum Domine.

*Secreta.*

Muneribus nostris, quæsumus Domine, precibusque susceptis, & cœlestibus nos munda mysteriis: & clementer exaudi. Per Dominum.

*Communio.* Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me.

*Postcommunio.*

DA quæsumus Domine, Deus noster: ut sicut tuorum Commemoratione Sanctorum, temporali gratulamur officio. ita perpetuo lætimur aspectu. Per Dominum nostrum.

*IN FESTO S. CALLISTI, Papæ & Martyris.*  
*Missa suprà in Festis mensis Octobris die 14. pro Commemoratione S. Burchardi, Episcopi & Confessoris.*

Da

## ORATIO.

**D**A quæsumus omnipotens Deus : ut beati Burchardi Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas, & devotionem nobis augeat & salutem. Per Dominum.

. Secreta.

**S**ancti tui, quæsumus Domine, nos ubique lætificant : ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

**P**ræsta quæsumus omnipotens Deus : ut de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Burchardo Confessore tuo atq; Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

**S**ANCTI GALLI,

Abbatis.

*Missa, Os justi. De Communi pro Abbatibus.*

**I**N FESTO SS. URSULÆ, & Sociarum Virg. & Martyr.

Introitus.

**N**e expectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua Domine intellexi : omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

*Psalm. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Do-*

mini. v. Gloria Patri. Me expectaverunt.

## ORATIO.

**D**A nobis, quæsumus Domine, sanctarum Virginum & martyrum tuarum Ursulæ & sociarum ejus, palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltē frequentemus obsequiis. Per Dominum nostrum Jesum Christum.

*Pro Commemoratione S. Hilarionis, Abbatis.*

**I**ntercessio nos quæsumus Domine, beati HILARIONIS Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum nostrum.

*Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.*

**F**ratres. De Virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonus est homini sic esse. Aliigatus es uxori? noli querere solutionem. Solutus es ab uxore? noli querere uxorem: Si autem acceperis uxorem, non peccasti. Et si nupserit Virgo, non peccavit

Tribulationem tam encarnis habebunt hujusmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres: tempus breve est. Reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori: & divisus est. Et mulier innupta & virgo cogitat quæ Domini sunt: ut sit sancta & corpore & spiritu, in Christo Iesu Domino nostro.

*Graduale.* Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus non commovebitur. ¶ Fluminis impetus lætitificat civitatem Dei: sanctificavit Tabernaculum suum Altissimus. Alleluja, alleluja. ¶ Hæc est virgo sapiens, & una de numero prudentum. Alleluja.

*Sequentia sancti Evangelij secundum Matthæum.*

In illo tempore dixit Jesus Discipulis suis Parabolam hanc. Simile est Regnum cœlorum decem Virginibus: quæ accipientes lampades suas, exierunt obviam sponsō & sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudētes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes verò accepérunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Tunc surrexérunt omnes virgines illæ, & ornavérunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite potius ad vendētes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit Sponsus, & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias, & clausa est janua. Novissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, Domine aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos

vos. Vigilate itaque, quia ne-  
scitis diem, neque horam..

P. 44. *Offertorium.* Afferentur re-  
gi virgines post eam: proximæ ejus afferentur tibi.

*Secreta.*

**I**ntende quæsumus Domine, munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum & virginum Ursulæ & sociarum ejus festivitate proposita: ut sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiaris. Per Dominum nostrum.

*Pro S. Hilarione.*

*Secreta.*

**S**acris altaribus Domine, hostias superpositas sanctus Hilarion Abbas, quæsumus, in salutem nobis provenire deposcat. Per Dominum.

*Communio.* Confundantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem in mandatis tuis exercebor, in tuis justificationibus, ut non confundar..

*Postcommunio.*

**P**ræsta nobis quæsumus Domine, intercedētibus sanctis martyribus & virginibus tuis: ut quod ore contingimus, purâ mente capiamus. Per Dominum nostrum.

*Pro S. Hilarione, Abate.*

*Postcommunio.*

**P**rotegat nos Domine, cum

tui perceptione Sacramenti beatus Hilarion Abbas pro nobis intercedendo: ut & conversationis ejus experiām̄ur insignia, & intercessiōnis ipsius percipiamus suffragia. Per Dominum nostrū Jesum Christum.

**I**N FESTO S. WOLF<sup>31.08</sup> GANGI, Episcopi & Confessoris.

*Missa*, Sacerdotes tui. *De Communi Confessorum Pontif.*

*Et fit Commemoratio Vigiliæ omnium Sanctorum. Cujus Missa propria habetur suprà.*

*Oratio pro Commemoratione Vigiliæ.*

**D**omine Deus noster, multiplica super nos gratiam tuam, & quorum prævenimus glorioſa ſolemnia, tribue ſequi in ſancta professione lætitiam..

*Tertia Oratio de Spiritu Santo.*

**D**eus qui corda fideliū, Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de ejus ſemper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus.

*Pro Vigilia omnium Sanctorum.*

*Secreta.*

**A**ltare tuum Domine, mu-

neribus cumulamus oblatis:  
da quæsumus: ut ad salutem  
nostram, omnium Sanctorum  
tuorum precatione profici-  
ant, quorum solemnia ventu-  
ra præcurrimus. Per Domi-  
num nostrum.

*De S. Spiritu.*

*Secreta.*

MUnera, quæsumus Domi-  
ne, oblata sanctifica: & cor-  
da nostra Sancti Spiritus illu-  
stratione emunda. Per Do-  
minum. in unitate ejusdem  
Spiritus Sancti Deus.

*Pro Vigilia omnium Sanctorum.*

*Postcommunio.*

SAcramentis Domine, &  
gaudiis optatæ celebritatis  
expletis, quæsumus, ut eo-  
rum precibus adjuvemur,  
quorum recordationibus ex-  
hibentur. Per Dominum.

*De S. Spiritu.*

*Postcommunio.*

SAncti Spiritus Domine,  
corda nostram undet infusio:  
& sui roris intima aspersione  
fæcundet. Per Dominum no-  
strum JESUM Christum filium  
tuum, qui tecum vivit & reg-  
nat in unitate ejusdem Spiriti-  
tus Sancti Deus.

*FESTA NOVEMBERIS.*

*Post Orationem de omnibus San-  
ctis, fit Commemoratio sancti Leon-  
ardi Abbatis, Inteccessio, ex  
Communi pro Abbatibus.*

IN FESTO S. LEO.  
POLDI, Confessoris.

*Introitus.*

 S justi meditabitur  
sapientiam, & lin-  
gua ejus loquetur  
judicium: lex DEI  
ejus in corde ipsius.

*Psalm.* Noli æmulari in ma-  
lignantibus: neque zelaveris  
facientes iniquitatem.

*V. Gloria Patri. Os justi.*

ORATIO.

DEUS qui sanctum Leopol-  
dum, ex Principatu & curis  
sæculi hujus, immaculatum  
ad regnum cœleste traduxi-  
sti: concede propitius: tua  
clementia ita nos per hæc  
temporalia dirigi, ut æternæ  
vitæ confortes effici meream-  
ur. Per Dominum nostrum.

*Leæcio Libri Sapientiæ.*

BEatus vir, qui inventus est  
sine macula: & qui post au-  
rum non abiit, nec speravit  
in pecuniæ thesauris. Quis  
est hic, & laudabimus eum?  
fecit enim mirabilia in vita  
sua. Qui probatus est, erit  
illi gloria æterna. Qui po-  
tuit transgredi, & non est  
transgressus: facere mala, &  
non fecit. Ideò stabilita sunt  
bona illius in Domino: & e-  
leemosynas illius enarrabit  
omnis Ecclesia Sanctorum.

*Gra-*

*Psalm. 19.* **Graduale.** Justus ut palma florebit: sicut cedrus Libani, multiplicabitur in domo Domini. *v.* Ad annuntiandum manē misericordiam tuam, & veritatem tuam per nos. Alleluja, alleluja. *v.* Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Alleluja.

*Luc. 11.* **Sequentia sancti Evangelij secundum Lucam..**

*Luc. 19.* **I**N illo tempore: Dixit Jesus Discipulis suis Parabolam hanc. Homo quidam nobilis abiit in regionem Iōginam accipere sibi regnum, & reverti. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio. Cives autem ejus oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut rediret accepto regno: & jussit vocari servos, quibus dedit pecuniam: ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisivit. Et ait illi: Euge serve bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates. Et alter venit, dicens: Domi-

ne, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitates. Et tertius venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te judicio, serve nequam. Sciebas, quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminavi: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens, cum usuris utique exegisse illam? Et astantibus dixit. Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, auferetur ab eo.

**Offertorium.** Veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.

*Psalm. 88.*

**Secreta.** **L**AUDIS tibi Domine, hostias immolamus in tuorum Commemoratione Sanctorum: quibus nos & præsentibus ex ui malis confidimus, & futuris. Per Dominum nostrū.

*Com-*

Mass.  
24.

**C**ommunio. Beatus servus,  
quem cùm venerit Dominus,  
invenerit vigilantem: Amen  
dico vobis, super omnia bo-  
na sua constituet eum..

**P**ostcommunio.

**D**eus, qui beatum Confes-  
sorem tuum Leopoldum mi-  
rificasti in terris, & glorio-  
sum in cœlis fecisti: eundem  
quæsumus, Ecclesiæ tuæ cō-  
stitue defensorem. Per Do-  
minum nostrum Jesum Chri-  
stum Filium tuum, qui tecum  
vivit & regnat, &c.

**S**ANCTÆ ELISA-  
BETHÆ Vidiæ.

*Missa, Cognovi Domine. De  
Communi nec Virginum nec  
Martyrum.*

¶ *Pro Commemoratione santi  
Pontiani Papæ & Martyris.*

*Oratio. Infirmitatem no-  
stram. De Communi unius Mar-  
tyris Pontifici.*

**I**N FESTO S. VIRGI-  
LII, Episcopi & Confessoris.

*Missa, Statuit ei Dominus.*

*De Communi Confessorum  
Pontificum.*


**F I N I S.**


**P A S S A V I I,**

Ex Typographia GEORGII HÖLLER.

ANNO Salutis M. DC. LXXIV.







*Missa Votiva extra ordinaria per Annun de S: Anna.*

*Introitius*

**D**ilexisti justitiam cū odisti iniqvitatem: propicea uxori tē.  
Deus Deus tuus oleum tuum p̄a confortib⁹ suis alleluia.  
Psalm. Crucifixi cor meum verbum bonum dico opera mea  
Regi Gloria Patri etc. *Introitius. Dilxisti.*

*Sine Gloria et sine Credo.*

*Collecta.*

**D**eus qui beatā Annæ tantam gratiam donare dignatus  
es ut beatissimam Virginem Mariam matrem tuam in suo  
Utero gloriose portare mereor: da nobis quæsumus:  
per intercessionem matris et Filii tuae propitiationis abun-  
daniam: ut quarum memoriam pio amore complectimur  
carum præclaris meritis et precibus ad Cœlestem Jerusalem  
pervenire mereamur: Qui vivis et regnas cum Deo patre etc.

*Lectio Libri Sapientiæ.*

**M**ulicrem foricem quis invenerit? procul et de ultimis fi-  
nibus premium eius. Confidit in ea cor viri sui et spolijs  
non indigebit. Reddet ei bonum et non malum, omnibus die-  
bus vita sua. Qualivit lanam et linum, et operata est con-  
silio manuum suarum. Facia est quasi navis institoris de lon-  
ge portans panem suum. Et de nocte surrexit, deditque  
predam domesuis suis et cibaria ancillis suis. Considera-  
vit agrum et emi cum: de fructu manuum suarum planta,  
vit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos, et robora-  
vit brachium suum: Cuiusavit et vidi quia bona est neq-  
uatio eius: non extinguitur in nocte lucerna eius. Manum  
suam misit ad fortia, et dixit eius apprehenderunt fulum.  
Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad pa-  
perem. Non timet domini suæ a frigoribus nivis: omnes  
enim domestici eius vestiti sunt duplicitibus. Stragulatam  
vestem fecit sibi: byssus et purpura indumentum eius. No-

bilis in portis vir eius, quando se derit cum senatorib, ferræ.  
Sindonem feci et vendidit, et cinqulum tradidit Chananaeo.  
Fortitudo et decor indumentum eius, et ridebit in die novil-  
lumo. Os suum aperuit sapientia, et lex clementia in lin-  
qua eius. Consideravit seminas domus sua, et panem otio-  
sa non comedit. Surrexerunt filii eius, et beatissimam  
prædicaverunt. Vir eius ei laudavit eam. Multæ filiae  
congregaverunt divitias: tu supergressa es universas.  
Fallax oratio, et vana est pulchritudo: Mulier timens Do-  
minum, ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum:  
et laudent eam in portis opera eius.

### Graduale.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: V: Propstera  
unxit te Deus, Deus iuuus oleo laetitiae. alleluia, alleluia.  
X: Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedix it te Deus  
in aeternum. alleluia.

### Seqventia.

Salve mater matris Christi, tu quæ fœlix concendiisti.  
jubilans ad æssiera: Jesu nobis para tutum, ut in Dñi.  
Virtutum, collocemur dæcera. Amen.

### Seqventia. Sancti Evangelij secundum Mattharum,

In illo tempore: dixit Jesus discipulis suis parabolam.  
hanc: simile est regnum coelorum the sauro abscondi-  
to in agro: quem qui inventus homo abscondit et præ-  
gaudio illius vadit, et vendit universa quæ habet, et  
emittat aorum illum. Iterum simile est regnum coelorum  
sionini negotiatori, quæ renti bonas margaritas. Inven-  
ta autem una preiosa margarita, abiit et vendidit om-  
nia quæ habuit et emittat eam. Iterum simile est regnum  
coelorum saecula missa in mare, et ex omni genere pisci-  
um congregantur. Quam cum impleta esset, educentes

et secus littus sedentes elegerunt bonos in vasa malos autem foras miserunt. Sic erit in consumatione saeculi exhibunt Angeli et separabunt malos de medio Iustorum et mittere eos in caminum ignis: ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexisti haec omnia? dicunt ci: etiam Aii illis: Ideo omnis Scriba doctus in regno Cœlorum similis est homini patrifamilias qui profert de mesauro suo nova et vetera.

### Ostensorium.

**F**ilia regum in honore tuo astitit Regina a dextris tuis in vestitu de aurato circumdata varietate.

### Secreta.

**S**uper hias oblationes quas sumus Omnipotens Deus quæ in memoriam beatissimæ Annae matris Sanc̄tissimæ Genitricis Virginitati Filij tui Domini nostri consecravit tuam effunde benedictionem: ei per eas nobis tribue cordium purificationem et munera filiorum veram participationem. Per eundem Dñm nostrum. etc:


### Communio

**D**iffusa est gratia in labijs tuis propereat benedixit te Deus in æternum, et in saeculum saeculi.

### Post Communio

**S**umpta Sacramenta quas sumus nomine in icerende beata Anna matre gloriose genitricis Virginitatis nos ab hostiis defendant formidine et a ictu mortis amaritudine. Per eundem Dñm nostrum Jesum Christum filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate. etc:







BIBLIOTEKA  
Zakł. Nar. im. Ossolińskich

A VII 20599